

Apostolus, sicut et idem docuit Thessalonicenses. Vide ibi dicta cap. 4. primæ Epist., v. 14. Ipse D. Chrysostomus hoc putat esse Arcanum quod docet hic Apostolus. Idem dicit et Theophylactus, licet sentiant non omnes esse mortuos.

IN NOVISSIMA TUBA, id est, ad clangorem tubæ, quæ dabitur ultimum signum. Solebant Judei tuba populum convocare. Vide Num. 10, v. 27.

CANET ENIM TUBA, id est, personabit tuba extremi iudicii prænnuntiat, sive sit vera et realis tuba, sive sit vox archangelici sonora, potens et efficacis, de qua in Epist. ad Thess. 4, v. 15.

ET MORTUI... tunc mortui omnes, etiam reprobi, resurgent immortales, ad corruptionis statum nunquam reversuri. Etiam reprobi resurgent incorrupti integritate membrorum, sed tamen corrumpendi dolore poenarum, ait Anselmus post D. Aug., Epist. 146. Totum quod pertinet ad ordinem nature, conferetur etiam reprobis, D. Thomas.

ET NOS... , justi scilicet; exponit quod dixit: *Non omnes immutabimur*, sed nos justi tantum ad felicem statum reformabimur, ex animalibus fiemus spirituales. Secundum Græcos, et nos justi, qui tunc vivemus, in dotes gloriosas, sine morte, transformabimur. Non dicit de seipso, sed de iis qui inveniantur vivi, D. Chrysostomus.

Sed cur hoc in primâ personâ sæpè dicit, vide ad Thess. cap. 4, v. 15, ut nos exemplo suo doceat de incertâ et terribili die iudicii cogitare, loqui, tremere, et ad illam nos continuè preparare.

VERS. 53. — OPORTET ENIM CORRUPTIBILE HOC... Oportet, quia Deus decrevit, *corruptibile hoc*, manu palpans et nutu indicans corpus suum. Hoc idem numero corpus, carnem et corruptioni nec obnoxium. corpus idem manet, mortalitas autem et corruptio aboletur et evanescit, Theophylactus.

INDUERE, tanquam vestem pretiosam, INCORRUPTIONEM, seu incorruptibilitatem, quæ morbum, dolorem et mortem prorsus excludat.

ET MORTALE HOC... hoc idem numero corpus, ob peccatum morti obnoxium, INDUERE IMMORTALITATEM. Erit eadem caro, nunc mortalis, tunc immortalis, sicut idem est corpus vestitum, non vestitum.

VERS. 54. — CUM AUTEM MORTALE HOC... Cum igitur hoc corpus factum fuerit, ex mortali et corruptibili, immortale et incorruptibile.

TUNC FIET, id est, tunc adimplebitur Scriptura, quæ dicit: *ABSORPTA EST MORS IN VICTORIA*. Aliqui vo-

theologi, id est, quæ omnem offensivam passionem excludat.

VERS. 55. — OPORTET ENIM CORRUPTIBILE HOC INDUERE INCORRUPTIONEM, etc. Pronomen hoc idem individuum corpus demonstrat.

VERS. 54. — *Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est. Tunc, et eo ipso, fiet, implebitur hæc Scriptura: Absorpta est mors in victoria. Hæc sumpta est non ad verbum, sed quoad sensum ex Osæ 13, ubi dicitur: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. Hoc enim in re idem est cum eo quod hic ait Apostolus: Absorpta est mors in victoria.*

lunt hoc ex Isaia 25, 8, sumi, ubi D. Hieronymus vertit, *præcipiabit mortem*. Alii volunt ex Osæ, non ad verbum, sed ad sensum, cap. 13, 14: *De manu mortis liberabo eos*, etc.; quod, inquit, idem est. Vide Cornel. à Lapide. *Absorpta est*, absorpta in totum et in æternum destructa; siquæ nihil ab eâ emendum erit sanctis, in victoria, id est, per victoriam, quæ superata est à Christo.

Christus à mortis resurgens vicit mortem; idem Christus sanctos suos in fine mundi suscitans à morte, mortem absorbet in æternum, illam quæ nihilum rediget (nuscquam comparebit, sicut aqua cum absorpta fuerit, ait D. Anselmus).

VERS. 55. — *UBI EST, MORS, VICTORIA...?* Propheta et post eum Apostolus, in personâ iustorum triumphum canit de morte et inferno, seu de statu mortuorum. Tanquam Deo sacrificans pro victoriâ, ait D. Chrysostomus, et Deo allatus, et futura videns quasi jam facta, jacenti morti insultat. *Ubi est, mors, victoria tua?* Victoria tua, quæ absorberas corpora mortientium, temporalis fuit; victoria nostra, quæ absorpta es in corporibus resurgentium, æterna constabit, D. Anselmus.

UBI EST, MORS, STIMULUS TUUS? Aculeus, quo solebas homines confodere, perit, confRACTUS EST.

VERS. 56. — *STIMULUS AUTEM MORTIS PECCATUM EST.* Osæ dictum explicat evangelico sensu. *Stimulus mortis*, quo nos confodit, peccatum est; sicut scorpius, mors in aculeo robur habet, Theophylactus. Peccatum est stimulus mortis; et consequenter illâ gravatus, et ea in ipso vim habet, D. Chrysostomus. Aculeus autem mortis dicitur, quo mors facta est, non quem mors fecit; peccato enim moritur, non morte peccamus. Aculeus mortis est peccatum originale, per cuius vulnus mors intravit, divus Anselmus.

VIRTUS VERÒ PECCATI LEX, id est, potentia, vis, robur peccati lex, quia per occasionem legis, peccatum vetantis, revixit et vires accepit peccatum.

Nititur in vitium.

Deinde *virtus peccati lex*, quia peccatum eo gravius est, quo magis patet peccanti voluntas Dei peccatum vetantis; patet autem clarissimè per legem voluntas Dei. Sicut lex contulit ad cognoscendum peccatum, ita etiam ad augendum supplicium, D. Chrysostomus. Majus et fortius est peccatum per scientiam, D. Ambrosius, seu, ut creditur, Hilarius Diaconus. Ante legem peccatores erant homines, post legem prævaricatores, id est, gravius peccaverunt, scilicet contra

VERS. 55. — *Ubi est, mors, victoria tua?* etc. Citat Paulus Osæ cap. 13, ubi noster verit: *Ero mors tua, ô Mors; morsus tuus ero, inferne*. Sensus est: *Ubi est, Mors, victoria et stimulus tuus*, quo soles homines occidere eisque dominari? Q. d.: Perit, confRACTUS est à Christo, qui est mors tua, ô mors, et morsu suo te, ô inferne, dirupit et absorpsit.

VERS. 56. — *Stimulus autem mortis peccatum est.* Stimulus, per quem scilicet mors nobis præcipiè nocet et pungit. Sicut enim scorpius licet parvus sit, per aculeum, ita mors per peccatum omnes occidit, ait Theophyl., quæ sine peccato nihil poterat.

Virtus verò peccati lex; q. d.: Peccatum maximè

legem ostendentem et damnantem peccatum, ut docet D. Aug., serm. 45 de Tempore. Si autem dùm vellet prohibere, id reddidit gravius, non est culpa in remediis conferenda, sed in eum qui malè usus est medicamento, divus Chrysostomus.

VERS. 57. — *DEO AUTEM GRATIAS...* agamus, qui nobis dedit gratis et liberaliter vincere peccatum, et consequenter mortem, quæ est poena peccati.

PER DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM, id est, per merita Domini nostri Jesu Christi, à quo nobis omnis gratia, quæ peccatum vincimus. Sed Deo gratias agimus, qui dedit nobis victoriam de morte et aculeo ejus, ut vinceremus mortem per immortalem resurrectionem; et aculeum ejus, peccatum, per gratuitam justificationem. *Per Jesum Christum Dominum nostrum*, per quem mediatorem omnia bona quæ habemus, dantur nobis à Patre, S. Anselmus.

VERS. 58. — *ITAQUE, FRATRES MELI...* hortando concludit: Cum sciatis quod resurrectio futura sit, et consequenter merces honorum et malorum; deinceps ESTOTE STABILES IN FIDE RESURRECTIONIS, ET IMMOBILES, ita ut nemo vos de hoc statu fidei et spei future dimo-

viros exerit per legem, id est, per occasionem legis vetantis; semper enim nitimur in vitium, cupimusque negata. Ita Theol., Theophyl., Ambros., Anselm.

VERS. 57. — *Deo autem gratias agimus, qui dedit nobis victoriam* (de peccato et morte) *per Dominum nostrum Jesum Christum*. Mors autem non destruitur nisi vita reddatur, et quidem perpetua: quod non contigit nisi per resurrectionem iustis promissam.

VERS. 58. — *Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote et immobiles*, in fide scilicet resurrectionis, ut abundetis in operibus bonis, quæ Domino Deo placeant, ad vos excitando per spem resurrectionis et præmiæ æternæ; scientes quod labor vester non erit inanis, nec mercedis expertus apud Dominum. Hoc enim est in Domino.

Corollarium est resurrectio mortuorum.

Crede quod Redemptor meus vivit, à mortuis surrexit, vivit, sedet, regnat beatus ad dexteram Dei, v. 5, 4, 5, etc. Crede quod Redemptor meus, Spiritus vivificans, resurrectio ipsa, vita et fons vitæ, me vivificabit mortuum; à mortuis surrecturus sum, in æternum spiritaliter victurus, v. 12, 20, 25, 24. Crede quod in hæc carne meâ vivificatus, sed et spiritalis, impassibilis, immortalis, clarus, agilis, subtilis factus, videbo Deum, Salvatorem meum, beatum, hæres Dei, coheres Christi, v. 28, 42, 45, 41, 55. Hoc credens, hocque sperans, gemo, desidero, expecto, memetipsum preparare volo. Gemo, ob hujus vite miseras, ob hujus animalis et mortalis corporis aggravationes. *Quis me liberabit à corpore*

CAPUT XVI.

1. De collectis autem, quæ fiunt in sanctos, sicut ordinavi ecclesiis Galatiæ, ita et vos facite.

2. Per unum sabbati uniusque vestrum apud se seponat, recordens quod ei benè placuerit; ut non cum venero, tunc collecte fiant.

3. Cum autem presens fuero, quos probaveritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Jerusalem.

S. S. XXIV.

vere possit. *Stabiles et immobiles* dicit, ut per hæc repetitionem firmitatis et constantiæ necessitatem ostendat, quasi diceret: Ne tantisper in hæc fide vacilletis. Fides resurrectionis est ædificii christiani fundamentum; hoc fundamentum vacillante, nutat ædificium.

ABUNDANTES... , SYR.: *Sed estote semper progredientes*, in opere Domini, id est, in bonis et sanctis operibus, quibus vos ad resurrectionem preparatis.

SCIENTES... , cum per fidem sciatis laborem vestrum non fore vobis inane et à mercede vacuum, sed magnam vobis fore mercedem in Domino. Etenim resurgemus et in æternum vivemus beati in Domino et cum Domino; hæres Dei, coheredes Christi; immensis Dei bonis fruamur in æternum. Hanc itaque mercedem possumus et debemus intueri, quæ nos ad laborem animemus. Si labor terret, merces invitet, ait divus Bernardus.

Nota cum D. Chrysostomus, non tantùm bona operantes, sed libenter et abundanter et quidem semper, quod fiet, si omnia in charitate fiant.

Abundantes in opere Domini semper. Bona opera vocat *opus Domini*, vel quia Dominus ea diligit et exigit à nobis, ut exponit Theophylactus, aspirante Hervæo, qui interpretatur *opus mandatorum Domini*: vel quia Dominus ea in nobis operatur. *Deus est enim*, ait idem Apostolus, *qui operatur in vobis et velle et perficere*, Philip. 2. Generaliter intelligi potest *opus Domini*, quodcumque fit ad Christi Domini gloriam et honorem: quale esse debet omne opus hominis christiani.

Scientes quod labor vester non est inanis in Domino, hoc est, certissime perstatis, quod opera vestra bona non erunt à mercede vacua apud Dominum. *Laborum* vocat opera bona, quod non sine labore et molestiâ fiat, labor vester propter Dominum susceptus non erit frustraneus. Ita Cæcumenius.

CHAPITRE XVI.

1. Quant aux annuées qu'on recueille pour les saints, faites la même chose que j'ai ordonnée aux églises de Galatie.

2. Que chacun de vous mette quelque chose à part chez soi le premier jour de la semaine, l'amassant peu à peu selon sa bonne volonté, afin qu'on n'ait de pas à mon arrivée à recueillir les annuées.

5. Et lorsque je serai arrivé, j'enverrai, avec des lettres de recommandation, ceux que vous aurez jugés propres pour porter vos charités à Jérusalem.

CHAPITRE XVI.

1. Quant aux annuées qu'on recueille pour les saints, faites la même chose que j'ai ordonnée aux églises de Galatie.

2. Que chacun de vous mette quelque chose à part chez soi le premier jour de la semaine, l'amassant peu à peu selon sa bonne volonté, afin qu'on n'ait de pas à mon arrivée à recueillir les annuées.

5. Et lorsque je serai arrivé, j'enverrai, avec des lettres de recommandation, ceux que vous aurez jugés propres pour porter vos charités à Jérusalem.

(Vingt-deux.)

4. Quod si dignum fuerit ut et ego eam, mecum ibunt.

5. Veniam autem ad vos, cum Macedoniam pertransiero; nam Macedoniam pertransibo.

6. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hiemabo; ut vos me deducatis quocumque iero.

7. Nolo enim vos modo in transitu videre, spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit.

8. Permanebo autem Ephesi, usque ad Pentecosten.

9. Ostium enim mihi apertum est magnum et evidens, et adversarii multi.

10. Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos; opus enim Domini operatur, sicut et ego.

11. Ne quis ergo illum spernat; deducite autem illum in pace, ut veniat ad me; expecto enim illum cum fratribus.

12. De Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam multum rogavi eum ut veniret ad vos cum fratribus; et videtur non fuit voluntas ut veniret: venit autem, cum et vacuum fuerit.

13. Vigilate, state in fide, viriliter agite, et confortamini.

14. Omnia vestra in charitate fiant.

15. Obsecro autem vos, fratres, notis domum Stephanam, et Fortunati, et Achaici; quoniam sunt primitivae Achaiae, et in ministerium sanctorum ordinaverunt seipsos.

16. Ut et vos subditis ejusmodi, et omni cooperanti et laboranti.

17. Gaudeo autem in praesentia Stephanae, et Fortunati, et Achaici; quoniam id, quod vobis deerat, ipsi supplerunt.

18. Refecerunt enim et meum spiritum, et vestrum. Cognoscite ergo qui hujusmodi sunt.

19. Salutant vos ecclesiae Asiae. Salutant vos in Domino multum Aquila et Priscilla, cum domesticis suis ecclesiae; apud quos et hospitem.

20. Salutant vos omnes fratres. Salutate invicem in osculo sancto.

21. Salutatio mea manu Pauli.

22. Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema, Maran atha.

23. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum.

24. Caritas mea cum omnibus vobis in Christo Jesu. Amen.

4. Si la chose mérito que j'y aille moi-même, ils viendront avec moi.

5. Or j'irai vous voir quand j'aurai passé par la Macédoine, car je passerai par cette province;

6. Et peut-être que je m'arrêterai chez vous, et que même j'y passerai l'hiver, afin que vous me conduisiez au lieu où je pourrai aller.

7. Car je ne vus pas cette fois vous voir en passant, mais j'espère que je demeurerai assez longtemps chez vous, si le Seigneur le permet.

8. Je demeurerai à Ephèse jusqu'au jour de la Pentecôte;

9. Car Dieu m'y ouvre visiblement une grande porte, et il s'y élève contre moi plusieurs ennemis.

10. Si Timothée va vous trouver, ayez soin qu'il soit en sûreté chez vous, parce qu'il travaille à l'œuvre du Seigneur aussi bien que moi.

11. Que personne donc ne le méprise; mais reconduisez-le en paix afin qu'il vienne me trouver, parce que je l'attends avec nos frères.

12. Pour ce qui est de mon frère Apollon, je vous assure que je l'ai fort prié d'aller vous voir avec quelques-uns de nos frères; mais enfin il n'a pas cru devoir le faire présentement. Il ira vous voir lorsqu'il en aura trouvé une occasion favorable.

13. Soyez vigilants; demeurez fermes dans la foi; agissez courageusement et soyez pleins de force;

14. Faites avec amour tout ce que vous faites.

15. Vous connaissez, mes frères, la famille de Stéphane, de Fortunat et d'Achaïe; vous savez qu'ils ont été les premières de l'Achaïe, et qu'ils se sont consacrés au service des saints.

16. Je vous prie donc d'avoir pour eux la déférence qui leur est due, et pour tous ceux qui contribuent par leur peine et par leur travail à l'œuvre de Dieu.

17. Au reste, je me réjouis de l'arrivée de Stéphane, de Fortunat et d'Achaïe, parce qu'ils ont suppléé à ce qui me manquait à cause de votre absence;

18. Car ils ont consolé mon esprit, aussi bien que le vôtre. Honorez donc de telles personnes.

19. Les églises d'Asie vous saluent. Aquilas et Priscille, chez qui je demeure, et l'église qui est dans leur maison, vous saluent avec beaucoup d'affection en Notre-Seigneur.

20. Tous nos frères vous saluent. Saluez-vous les uns les autres par un saint baiser.

21. Je vous écris ce salut, moi Paul, de ma propre main.

22. Si quelqu'un n'aime point Notre-Seigneur Jésus-Christ, qu'il soit anathème: Maran atha.

23. Que la grâce de Notre-Seigneur Jésus-Christ soit avec vous.

24. J'ai pour vous tous une charité sincère en Jésus-Christ. Amen.

ANALYSIS.

Quatuor primis versiculis Corinthios monet de collecta pro pauperibus Hierosolymitanis faciendâ, eisque modum prescribit hanc elemosinam et colligendi, et mittendi.

§ 5. De seipso loquitur Apostolus Corinthiis, quasi amiciis, familiariter munitis quas sit facturus, quò iturus, quando ad eos venturus, et quamdiu apud eos permanens.

§ 10. Timotheum commendans, tria pro illo petit ab eis: ut sit apud eos securus, habeatur in honore, deducatur pacifice.

§ 12. Sic excusat Apollo quòd nunc ad Corinthios non vadat, ut eos tamen solatur spe futuræ Apollo apud eos praesentia, ubi vacuum fuerit.

Reliqua insumit in commendationibus et salutationibus. Non diligentes Dominum nostrum Jesum Christum anathematizat; diligentes amplectitur.

1. Quod spectat ad collectionem pecuniarum pro elemosinis, quae sunt pro sublevandis pauperibus christianis, habitantibus Jerusalem; idem vos facite quod ecclesiae Galatiae faciendum praecipit.

2. Die Dominica unusquisque vestrum apud se reputat, ac recordat quod ei bene visum fuerit; et hoc moneo, ut in promptu sit pecunia, et non, cum venero, tunc colligenda;

3. Cum autem ad vos venero, quoscumque ex vobis elegeritis, ego hos cum meis litteris mittam Hierosolymam, ut vestram perferant beneficentiam.

4. Quòd si operæ pretium fuerit ut et ego illuc vadam, mecum ibunt.

5. Ad vos autem veniam, cum pertransiero Macedoniam; siquidem Macedoniam obiter pertransibo.

6. Apud vos autem forsitan permanebo, quin etiam fortassis hiemabo, ut post hiemem, vos me deducatis quocumque proficiscar.

7. Nolo nunc obiter et viam transurus vos invisere; spero etenim me aliquantulum tempus apud vos commoraturum, si Dominus id permiserit.

8. Interim Ephesi commorabor usque ad Pentecosten.

9. Siquidem spes magna et evidens affulget fructus uberis, sed non sine negotio, quia adversarii multi, qui conantur impedire.

10. Quòd si venerit ad vos Timotheus, videte ne quid illi contingat apud vos periculi; opus enim Domini in Evangelio promovendo mecum operatur, estque meus collega, et cooperarius.

11. Ne quis ergo illum, ut juvenem etate spernat; sed ut apostolum illum honorate, abeuntem comitantes, et officiosè deducentes, ut ad me veniat; nam illum expecto cum fratribus.

12. Quòd attinet ad Apollo, quem desideratis, notum vobis facio quòd illum vehementer hortatus sum ut ad vos iret cum aliquot fratribus; at certas ob cau-

ssas non fuit illi voluntas ad vos nunc eundi; ibit autem cum erit opportunus et otium.

13. Interim, dum ad vos venio, vigilate, vestrae salutis attentis, state in fide suscepta, infracto sicut animo contra malè suadentes, et fortes vosmet praestate.

14. Omnia vestra fiant in charitate et cum claritate.

15. Notis, fratres, quae et qualis sit domus Stephanae, et Fortunati, et Achaici; scitis quia primi ex Achaia crediderunt Domino, et esse totos fidelium ministerio dederunt, solita in eos charitatis exhibentes officia; hinc ego vos obsecro.

16. Ut illos revereamini, eisque et omnibus hujusmodi cooperantibus, et ad Evangelii propagationem laborantibus, honorem et obsequia praestetis.

17. Grata mihi fuit hic praesentia Stephanae, et Fortunati, et Achaici, quia praesentia vestrae defectum supplerunt.

18. Suo conthernio et colloquio refocillarunt spiritum meum, imò et vestrum, quia totus vester. Tales ergo peculiari honore prosequamini.

19. Salutant vos omnes Ecclesiae, quae sunt in Asia, Minori scilicet: salutant vos plurimum in Domino Aquila et Priscilla, cum ea quae in domo eorum est, Ecclesia, apud quos et ego hospitem Ephesi.

20. Salutant vos omnes fideles; et vos salutate invicem in osculo pietatis, symbolo charitatis.

21. Saluto vos ego Paulus, atque id mea propria manu subscribo.

22. Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema: Maran Atha.

23. Gratia Domini nostri Jesu Christi sit vobiscum.

Vos omnes sincerè diligo et amplector in Christo Jesu, Domino nostro; ita et ego invicem diligite in Christo Jesu. Amen.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — DE COLLECTIS AUTEM...; Graec., de collecta, seu de collectione pecuniarum pro elemosinis.

QUE ERUNT IN SANCTOS; Graec., quae in sanctos. Verbum non exprimitur, sed subintelligitur, vel quae sit, vel quae faciendae est; in sanctos, id est, pro sublevandis pauperibus christianis habitantibus Jerusalem, vel in Judaea. Hi à suis contribulibus, ob Christi fidem, fuerant omnibus exuti bonis, Hebr. 40, 54, et eos apostoli in concilio Hierosolymitano commendaverunt Paulo et Barnabae ad gentes missis, ad Galat. 2, 40; tantum ut pauperum memores essemus, quod sollicitus sui facere.

VERS. 2. — PER UNUM SABBATI...; Graec., sabbatum. Duplex hic hebraismus. Primus, una, pro prima; apud Judaeos numerus cardinalis ponebatur pro numerali, ut Gen. 1, v. 5: Factumque est vespere et mane, dies unus, id est, primus. Secundus hebraismus, sabbati, pro, hebdomada: Apud eodem

collecta reponit et emulat. Quod ei bene placuerit, pro modo facultatum seu lucri hebdomadarii quisque sponat et cumulandum faciat, tribuendum in collectam publicam.

Ut non, cum venero, tunc collectae fiant. Vult Apostolus collectas prius heri particulatim per dies dominicas, ut, cum veniri, paratas eas inveniat, ita nimirum, ut, summa ex his confecta statim mitti possit Hierosolymam.

VERS. 3. — De collectis autem, etc. In sanctos, hoc est, in christianos pauperes Hierosolymis agentes.

VERS. 4. — Per unum sabbati, id est, in primo die hebdomadae, videlicet dominica, unusquisque vestrum apud se ponat, recordans quod ei bene placuerit. Ut scilicet ante cenam et agnen quisque apud se sponat, quod mox veniens in Ecclesiam ad cenam offerat in elemosinam et collectam. Recordans, Graecè thesaurizans, quod de eo proprie dicitur, qui paulatim

Judeos sabbatum erat septima dies, hæcque dies erat sacra et tota Deo devota. Ad hæc autem die, tanquam à nobiliori parte, et ipsa hebdomada dicebatur sabbatum, ut: *Sejuno bis in sabbato*, id est, in hebdomada; et omnes alii dies dicebantur etiam sabbata, sed cum addito, prima sabbati, secunda sabbati, etc., id est, prima à sabbato, seu post sabbatum, etc., secunda post sabbatum. Itaque septima dies dicebatur absolutè sabbatum, cæteræ cum addito. *Per unam ergo sabbati*, id est, primâ die à sabbato, seu die dominicâ, primâ die hebdomadæ. *Per unam sabbatorum*, id est, primâ dierum hebdomadæ.

UNUSQUISQUE VESTRUM APUD SE SEPNAT, RECONDENS. Græc., *thesaurizans*, id est, paulatim accumulans, tribuendum postea in collectione publicâ.

QUOD EI BENÈ PLACUERIT. Libera est eleemosyna Græc., quod prosperatum fuerit, seu quod, Deo propere, benè successerit. A Deo est prosperitas; hinc et ad Deum referenda; facultates à Deo suppeditantur; idè in Deum refundendæ, seu quasi primitivæ, seu quasi decimæ.

Itaque sensus est: *Unusquisque vestram*, die Dominicâ apud se (in arcula quâdam domesticâ, ait D. Chrysostomus) *sepnat*, paulatim thesaurizans, seu cumulum faciens, tribuendum in collectione publicâ, quod ei benè visum fuerit, pro modo facultatum et lucri, prout Deus ei benedixerit; ut cum venero, non fiant tuæ collectæ, sed paratæ sint, tantùmque restet summam ex eis conflant mittere Jerosolymam.

Nota doctrinalis.

Ex hoc loco benè colligitur quòd jam tum ab apostolis septimæ diei solemnitas translata fuerit in diem Dominicam; idè enim Apostolus vult primâ die post sabbatum collectas fieri, quia eâ die, utpote Dominicâ, conveniebant fideles divina celebrantur mysteria, sicutque opportunitas erat eleemosynas colligendi. Hinc etiam benè colligitur quòd non omnia scripta sint, quæ servari jusserunt apostoli; sed quædam vivâ voce tradita, quæ traditiones apostolicæ dicuntur.

Observatio moralis.

Ex hoc eodem loco et ex praxi quam in hæc die docet Apostolus, discat quilibet Christianus quod dies Dominica, dies orationis sit et eleemosynæ dies; et idè eleemosyna, quia dies orationis. Oraturus, et idè quæ quasi medicus, accedis ad Deum, da medicis ut exaudiaris; da, et dabitur tibi; quæ mensurâ mensurus fueris, remetietur tibi. Eleemosynas mensurâ peccata tua, ut dimissis peccatis tuis, gratas ores et exaudiaris. Eleemosyna diei Dominicæ erit redemptio peccatorum in hebdomadâ præteritâ commissorum;

Vers. 3, 4. — *Cum autem præsens fuero?... Quòd si dignum fuerit ut et ego eam, etc.* Hinc verbis, tacitè extimulati eos ad largiorem collectam, videlicet tantam quæ apostoli perferunt ministerio non sit indigna.

Vers. 5, 6. — *Veniam autem ad vos.... Apud vos autem forsitan nunquid, ac si dicat: Adventus meus ad vos non erit transitus solim, ut dixi de Macedonia, sed erit mora diuturnior. Apparet autem fuisse moram*

erit et præservatio à peccatis in hebdomadâ sequenti; sicutque hæc eleemosyna redimet à præteritis, et præservabit à futuris. D. Chrysostomus hæc fidelibus oraturis dabat praxim.

Praxis christiana.

Pauperum arculam domi faciamus, et juxta locum in quo stas orans, sita sit, et quoties ad orandum fueris ingressus, depone primùm eleemosynam, et tunc emitte precationem, etc. Hanc habens arculam, habes arma adversus diabolum; precatione reddis alatum; sanctam domum construis, quæ habet alimenta regis intus recondita. Idè et juxta lectum sita sit arcula, noxque nullis perturbabitur visis et insomniis; tantùm in eâ nihil injiciatur ex injustitiâ. Chrysostomus in Morali.

Superiùs dixerat: Domum tuam fac ecclesiam, arculam gazophylacium; esto custos sacre pecunie, à te ipso ordinatus dispensator pauperum; benignitas et humanitas dat tibi hoc sacerdotium.

Vers. 5. — *CUM AUTEM PRÆSENS FUERO; Græc., cum affuero; Syr., cum advenero.*

QUOS PROBÁVERITIS..., seu quos ex vobis elegeritis, ut fideles, et ad hoc opus aptos, ego eos mittam cum litteris meis, quibus scilicet et vestram liberalitatem commendam, et de eorum fidelitate testimonium perhibeam.

PERFERRE GRATIAM VESTRAM, id est, beneficentiam. Divus Chrysostomus notat quòd divus Paulus abstinet à nomine eleemosynæ; utitur autem nomine gratiæ, ut ostendat eos magna operari, ut ostendat eos lucrari.

Vers. 4. — *QUÒD SI DIGNUM FUERIT...* Quòd si collecta tanta sit, ut æquum sit me ire, eos comitabor. Corinthios paulò tenaciores excitat ad largitatem; sed nota quam sollicitè Paulus vitet minima scandala, minimeque suspicionem.

QUOS PROBÁVERITIS. Liberam relinquit electionem. MECUM IBUNT, ne videatur aliquid sibi velle decerpere.

Vers. 5. — *VENIAM AUTEM AD VOS...* Aperit illis, quasi amicis suis, quid sit facturus, etc. An hæc omnia inferiùs dicenda compleverit Apostolus, controvertitur. Sed noto quòd hæc et similia verba significant voluntatem et animi propositum; unde, licet non succedat rei eventus, nihil preterea falsi in verbis, quia ex animo et bonâ fide dicta sunt.

Vers. 6. — *HIERABO, hibernabo, totam hiemem transigam.*

UT VOS ME... Fideles solebant apostolum suum à se discedentem deducere, in viâ comitari, et viatico jurare.

Vers. 7. — *NOLO ENIM MODò...* Nolo hunc, id est, trium ferè mensium, ex loco Aetorum 20. Addit, forsitan, propter rei incertitudinem.

Vel etiam hibernabo, id est, totam hiemem apud vos peragam, ut vos me deducatis quocumqueiero. Fideles honorificum sibi ducebant, si sumum apostolum à se discedentem deducerent.

Vers. 7. — *Nolo enim...* si Dominus permisit, id est, concesserit. Dominum Christum intelligere videtur, de quo dicitur Act. 16; *Et non permisit eos spiritum*

in hæc occasione, obiter tantùm, et aliò propterea vos invisere.

Vers. 8. — *PERMANERO AUTEM EPHESI...* Hinc colligitur hanc Epistolam Ephesi scriptam esse.

Vers. 9. — *OSTIUM ENIM MAGNUM...* Duas dat rationes cur Ephesi sit permansurus: prima, quia spes, occasio magna et evidens sese offert multos convertendi; secunda, quia ibi adversarii multi, qui resistunt et conantur impedire. Nihil terret Apostolum; idè permanet, quia adversarii multi.

EVIDENS, *ἐξέφθη*. Nunc textus Græcus habet *ἐφίκαε, ἐξέφθη*, sed evidens magis convenit ostio; Syrus habet, *plenum operosis factis*.

Vers. 10. — *SI AUTEM VENERIT TIMOTHEUS...* Paulus, qui sibi nihil timet, pro Timotheo discipulo suo timet. Timebat ne quis aut nobilitate, aut opibus, aut sapientia tumens, illum ut juvenem sperneret. Hinc rogat primò ut sit apud eos sine periculo, nullus sit ei molestus.

OPUS ENIM DOMINI... MEIS EST IN EVANGELIO PROMOVENDO COOPERARIUS ET COLLEGA. *Opus Domini*, Evangelii promotio, seu propagatio. Maximum hic habes Timothei elogium; D. Pauli fuit collega et cooperarius, sicut et ego.

Vers. 11. — *NE QUIS ERGO...* Hinc rogat secundò ne quis eum, ut ætate juvenem spernat; sed ut apostolum et Pauli collega honoret; et in honoris testimonium, eum abenteum deducant in pace, et lauto prosequantur viatico. Hoc confirmat quod v. 6 dictum est, scilicet fideles, Evangelii præconem deducebant honorificè, et viatico recreabant.

Jesu. Hoc addit, quia nesciebat, an permissurus esset Dominus.

Vers. 8. — *Permanebo autem Ephesi*, etc.; quia scilicet Ephesi erat celeberrimum illud Dianæ templum, ibique residebant Asiæ Minoris primarii. Unde Ephesi lababatur proconsul Asiæ, et, ut Philostr., lib. 8 Vitæ Apollonii, testatur, plurimum Ephesi vigeat sapientia; itaque major ibi messis erat S. Paulo: quæ causa fuit cur Ephesi morari et permanere statuerit.

Vers. 9. — *Ostium enim mihi apertum est magnum* et evidens. Magis scilicet Ephesi mihi se aperit occasio et ditius Evangelii seminandi, et convertendi multos Ita Ambrosius.

Et adversarii multi. Verisimile est autem Judæos intelligi, qui in eâ civitate multi erant, ique more suo remoram Evangelio facturi: quemadmodum et facere jam operantur: bestia nimirum ille, cum quibus Ephesi pugnaverat. Ut dictum est capite superiori.

Vers. 10. — *Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos*, curate ut securè apud vos agat, id est, timendi causam non habeat; nemo sit ei molestus.

Opus enim Domini operatur, sicut et ego. *Opus Domini*, Christi intellige, id est, spectans ad promovendum Christi Evangelium. Cujusmodi opus in primis est ipsa Evangelii prædicatio.

Vers. 11. *Ne quis ergo illum spernat*, Græcè, *viltendit* id est, nihili faciat. Quod metuendum erat ob ætatem ejus adhuc juvenillimam.

Deducite eum in pace, ut veniat ad me, scilicet, Ephesum, ubi nunc ago: *expecto enim illum cum fratribus*.

Vers. 12. — *De Apollonio autem fratre vobis notum facio, quoniam multum rogarè eum sivo: hortatus sum eum, ut veniret ad vos cum fratribus*, id est, ut ad vos

Vers. 12. — *DE APOLLONIO AUTEM FRATRE...* NOTUM erat Corinthiis, et apud eos desideratus. Hinc Apollonius sese excusat quòd eum non miserit. Quod attinet ad Apollonem: NOTUM VOBIS FACIO QUONIAM, etc.; hæc verba non sunt in Græco, nec in Syro, et putantur addita; MULTUM ROGAVI ILLUM, UT AD VOS IRET, sed certas ob causas non potuit; non fuit illi voluntas.

VENIET AUTEM... Solatur Corinthios per spem.

Vers. 13. — *VIGILATE...* Paucis multa. Dum ad vos veniam, de vestrà salute solliciti, *vigilate* contra diaboli astutias, et contra male suadentium insidias. STATE; vigilantis enim situs est, et stanti difficilè somnus obrepit.

VIGILITER AGITE, Syr., *probate vos viros*. Muliebrem fugite inconstantiam et levitatem. ET CONFORTAMINI; forti et infracto sitis animo.

Vers. 14. — *OMNIA VESTRA...* Spectatim verò omnia facite, non ex contentione, aut ambitione; sed ex charitate, sicutque nulla erunt apud vos schismata.

Vers. 15. — *OBSECO AUTEM VOS, FRATRES, NOTIS DOMUM STEPHANE, FORTUNATI ET ACHAÏ.* Græc. et Syr. solum habet, *Stephanus*. Nòstis familiam Stephane, quæ, et qualis sit, et quanti meriti. Prima est que in Ecclesiâ fidem suscepit, PRIMITIÆ.

ET IN MINISTERIUM... Et præterea ex charitate sese ultrò sanctorum ministerio addiderunt, hospitalitatem et beneficentiam in illos exercentes. *Obsecro itaque*

Vers. 16. — *UT ET VOS SEQUITUR...* EOS reverendo, honorando, cispue obsequendo. ET OMNI COOPERANTI... Idem præstate honoris et obsequii omni et cuilibet co-

iret, vsique inviseret, fratribus aliquot comitatus. *Et utique non fuit volutus ut nemo veniret*. Sensus est: Frustra eum hortatus sum ut ad vos iret. Nam ob certas causas non erat ei illo pacto animus nunc eundi.

Veni et autem (ad vos, ó Corinthii, Apollonio) cum ei vacatum, id est, opportunum, fuerit. Ita Ambrosius.

Vers. 15. — *Vigilate, state in fide*, etc. *Vigilate*, id est, salutis vestræ curam gerite, scilicet adversus male suadentium insidias. *State* (qui situs est vigilantis), id est, persistite in fide Evangelii, quod à nobis didicistis. Estote virili et infracto fortique animo adversus ea mala, quæ vobis ab hostibus et persecutoribus fieri, seu Judæis, seu gentilibus, inferuntur ut imminet.

Vers. 14. — *Omnia vestra in charitate fiant*, q. d. Paulus: ó Corinthii, non in contentione, non cum ambitione et schismate, sed cum charitate christiana, quæ virtus est divina à Christo vobis infusa, omnia vestra facite.

Vers. 15, 16. — *Obsecro autem vos, fratres...* ut et vos subditi sitis ejusmodi, quod sic cum Theoph. ordinandum est: *Obsecro vos, fratres, ut subditi sitis Stephano, Fortunato, Achaico* (et omni cooperanti et laboranti); *notis enim domum*, id est, domos, puta familias eorum, quoniam (quod) primitivæ sumi Achaico, primi scilicet qui in Achaicâ crediderunt Christo, quique se itaque ordinaverunt et addiderunt ministerio sanctorum, ut scilicet exercent hospitalitatem in christianis egenos et peregrinos, maxime qui laborant in Evangelio. Nota subditi sitis, nimirum honorando eos, eorum monita et exempla sequendo. Et omni cooperanti et laboranti, id est, non solum illis subditi sitis, sed et omnibus quicumque vel cum illis vel mecum rem evangelicam adjuvant. Tales enim præ aliis digni sunt honore.

Vers. 17. — *Gaudete autem in presentia Stephana,*

